

37

# DISPUTATIO INAUGURALIS *De* HIS QVÆ IN FRAUDEM LEGIS FIUNT,

*Quam*

Divinâ Favente Clementia

Ex Decreto

Illustris Jurisconsultorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Alma Universitatis Gerana Magnifici Rectoris  
& inclytæ Facultatis Juridicæ

DECANI,

DN. JOANNIS PHI-  
LIPPI STREIT,

Jcti. Eminentissimi Principis Electoris Moguntini  
Consiliarii Regiminis, &c.

Summos in utroq; Jure Honores consequendi  
publicæ Eruditorum censuræ submittet

JOH. THEOD. SCHWARZ /

Altenâ-Marcanus.

d. 14. Octobris horis locoq; solitis A. O. R. M. DCC. II.

ERFFURTI, Literis Kindlebianis.

DISPUTATIO IN AURELIA  
HIS QVAE IN  
ERANDIUM LIBERIS  
FIUNT.  
DEO  
SUS TRAESIDIO  
PATRIÆ.  
DIPPI STRÆTI.



## PARS GENERALIS.

Thef. 1.

**S**pecies Juris scripti inter alias recensetur Lex quam normam humanarum rerum vocat. *Puffendorff. L. 1. J. N. & Gent. Cap. 6. §. 1.* Originem vero haurit secundum *Ciceronem lib. 1. de LL.* à legendo; dicitur Græcis νόμος quod ipsum à νόμῳ est, eo quod cuique tribuat suum jubeat honesta prohibeatque contraria & pro ut sumitur vel generaliter, quando nimirum significat iussionem superioris singulos Cives in Republica obligantem, *I. 1. & 2. ff. de LL.* vel in specialiori sensu pro omni Jure scripto & opponitur consuetudini, *§. 1. & pen. de J. N. Gent. & C. l. 6. §. 1 de J. & J. l. 32. ff. de LL.* vel in specialissimo & strictissimo significatur, ut denotet speciem Juris Romani quam Populus constituit, ita ut Plebiscito S. Consulto, &c. opponatur. *§. 3. & 4. de J. N. G. & C. Hahn. ad Wesenb. tit. de LL. n. 2.* sic & uara ti thematis nostri Objectum erit.

Thef. 2.

Quanquam nefas sit de suo quicquam legi addere juxta illud *Zafit. Cons. 10. n. 35. Vol. 1.* verba enim Legis

gis observanda, nec distingvendum ubi lex non distinguit, nec à forma constituta recedendum, nihil supplendum, l. 24. ad Mump. Nov. 18. de Trent. & Semiss. l. 1. ff. de Senat. ramen justa ratio non patitur, ut legis mentē ac Sententiā neglectā, aridis inhæreamus verbis, ratio enim Legis est anima, nec lex sine ratione amplius lex dici meretur.

## Thes. 3.

Hinc Collige, quod illi, qui legem elimatō non nihil judicio intueri præsumat, maximoperē caven-  
dum sit, ne solum verba ejus respiciat, sed & mentem  
& sententiam, l. 6. §. 1. de V. S. quippe omnis lex dua-  
bus constat partibus, verbis scilicet & sententiā, l. 12.  
qui & à quibus &c. & non solum lege continetur & ap-  
probatur quod verbis ejus exprimitur, verum etiam,  
illud, quod mente sive legis ratione per rationationem  
quandam indicatur, per l. 12. ff. de legib. nam scire le-  
ges, non est verba earum tenere, sed vim ac potesta-  
tem, l. 17. diet. tit. & quod ex mente legis adstruitur,  
illud omnino approbandum, Eberhard. à Mudder. in  
loc. a rat. leg. Nam quid profunt verba vel nomina,  
nisi ut demonstrent voluntatem dicentis, & nemo e-  
xistimandus est dixisse, nisi & id mente cogitavit, l. 7. de  
Juppell. leg.

## Thes. 4.

Unde est, quod dupliciter possit quis in leges  
committere, primò faciens id, quod lex prohibet, &  
deinde, qui verbis ejus retentis contra legum nritur  
voluntatem, C. certum est de R.J. in 6. ibique Dion. &  
Peck.

*Peck.* ubi nemp̄ sit, quod lex fieri noluit, fieri tamē  
non vētuit, & quod distat ~~enī~~ <sup>ad</sup> ~~scīcōq̄s~~, i. e. dictum  
ā sententia, hoc distat fraus ab eo, quod contra le-  
gem fit.

## Thes. 5.

Hanc legis fraudem in præsenti dissertatione  
non nihil per casum passim obvios deducturi sequen-  
tem servabimus ordinem, in Cap. primō partis specia-  
lis agēmus quomodo fieri fraus contingat de Perso-  
na ad Personam, secundō de Contractu ad  
Contractum : tertio de tempore ad tempus:  
quarto de modo ad modum : quintō de no-  
mine ad nomen, & denique sexto in  
factum.

## PARS SPECIALIS.

## CAP. I.

De fraude Legis, quæ fit de Persona ad  
Personam.

## Thes. 1.

Fraus hæc fieri contingit, cum quæ ipsamer, ob  
prohibitionem legis agere nequimus suppositam  
arciscimus personam, mediante quā directe verita  
fraudulenter conatur; *vid. Novell. 22. Cap. 27. fer. in-  
fin.* sed ad Ceroma.

## Thes. 2.

Tutori non convenit emptoris simulac vendito-

ris gerere vices per l. 34. ff. in fin. de contr. empt. ne sci-  
licet ansa derur in proprium usum convertendi bona  
ipsius pupilli, & ne ansa præbeatur tutoribus malè  
graſſandi in bonis pupillaribus, jam finge: Titium tu-  
torem Sempronii pupilli Mevium jussisse emere suo  
tutoris nomine rem pupillarem; Num hæc emprio  
subsiftat queritur? Textus est negans in l.s. §. 3. ff. de-  
auth. tut. quia hæc personæ interpositio arguit dolum  
ac frāudem, Mæſcard. de probat. Concl. 532. n. 173. &  
Concl. 818. n. 43. Cravetta Vol. 1. Conf. 122. n. 10. Farinac. lib.  
3. queſt. 89. n. 128. & hæc est machinatio in fraude le-  
gis, dum tutor quōvis meliori modo arceſcere cupit  
bona pupilli, quod ipsum magis procedit, si talis per-  
fona de quā dicit l. 5. dicit: Sit tutori ſubjecta. vid.  
l. 7. eod. & l. 26. C. de adm. tut.

## Thes. 3.

Macedoniano itidem cavetur SCto, ne cui, qui  
quācumque ratione filios fam. mutuam dedisset pecuni-  
am etiam post mortem parentis. Conf. Struv. in Synt.  
J. C. Exerc. 20. th. 51. Cujus in potestate fuisset, actio  
petitioque daretur. l. i. de SCto. Maced. cujus cauſa prin-  
cipalis est odium fœneratorum, l. 40. de condic. Ind. Se-  
cunda favor parentum; Enenck. Baro. de priv. parent.  
priv. 12. c. 2. Hill. lib. 12. c. 25. lit. C. Si itaque filius fam.  
pro alio fideijufferit, merito SC. cefſat, quod tamen li-  
mitandum, niſi fraud intervenerit; ut puta: Si mutuo  
dans ſciat ſibi obſtare SC. ideoque alijs ſubstituitur  
debitor Principalis, cui accessit filios fam. fideiūſſor hæc  
tamen intentione, ut filios fam. cedat mutuum; l. 7. §. 1. de

*de SC. Mac.* Idem est, si talis Creditor obligatos habet, at correos, filium fam. & Sejum eō fine, ut ad priorem pecunia veniret, nec tali succurrendum, qui falsam prætendit causam, vel aliud, quid machinatus est, quo minus usuraria appareat pravitas, nam sibi non conscient fugit lucem; *Zœf. ad SC. Mac. n. 1. Hill. in Donell. lib. 12. C. 24. lit. D.* Parilis est ratio in muliere, quæ cum fidejubere nequit per ea, quæ tradit l. 6. qui satisd, cog. aliam delegat, qui tamen debitor ejus non fuit. l. 8. §. 6. *ad SC. Voll.*

## Thes. 4.

Conditio si non nupserit adjecto legato spernitur, velut Contraria procreationi liberorum & Reipubl. utilitati. *Mant. lib. II. t. 19. in pr.* sed si conditio ad certas personas restricta sit, si huic vel illi non nupserit, valer conditio l. 63. *de Cond. & demonst. Mantic. d. I. n. 9.* V.G. si Aticiae certo cuidam sponso non nupserit, modò in legis fraudem non sit adjecta, ut puta, dura alibi nuptias facile non est inventura, per l. 64. §. 1. d.t. Similem ferè casum recenset l. 76. cod. quæ adoptionis figuramentum Conditionem, si sine liberis decesserit, non excludere statuit.

## Thes. 5.

Per interpositam personam porrò legi dicitur fraus fieri ratione Minorum, qui cum ipsis per L. Äliam Sent. manumissio prohibetur, intermediâ utebantur personâ, quod factum l. 7. §. 2, qui & quib. &c. ut fraudulentum improbat sive talis persona interveniens sit simul debitor Manumittentis, l. 66. *de V.O.* sive non; *vid. l. 4. C. qui man. non pos. huc spectans.*

## Th. 6.

## Thes. 6.

Præfidi Provinciæ non convenit bona in Provin-  
cia, cui præfet, emere; Quæritur autem, si supponat  
quendam, cuius nomine rem emptam commode pos-  
sit acquirere, num emptio valeat? Neg. l. 46. §. 2. ff. de  
Fur. Fisc. Sed æstimaatio Fisco infertur d.l. (discant ex  
l. 2. C. de furti. imposterum. cautiū mercari) nam quod  
quis per alium facit: ipse præsumitur fecisse.

## Thes. 7.

Similis est causa in l. 49. de donat. int. vir. & ux. Si  
mulier fundum dedit marito, hâc prætensâ conditio-  
ne, ut filio, mortuô marito res restitueretur, & hic  
color quando donationi est quæsusitus; alias inter vi-  
rum & uxorem veritæ, traditio fundi est invalida, Ri-  
minald. lib. 3. Conf. 243. n. 43. & seq. nec ratio labitur: Si  
maritus Titio dederit, ut per eum potius, quam per se  
dominium rei ad uxorem devolvatur.

## Thes. 8.

Constat in jure prohiberi Legem Commissori-  
am, quod tamen accipendum est de pignore, ne  
scilicet ansa detur sceneratoribus novo Judæorum ge-  
neri lacerandi debitores: l. 1. & ult. C. de patz. pign. l.  
45. ff. de solut. Siruv. Exerc. 26. lib. 7. Maffert. de Leg.  
Commiss. quæst. 3. & 4. In emptione enim valet, vid. tit. ff.  
de Leg. Commiss. ibique Lauterb. Quæstio hinc est: Si  
Creditor per alienum suô nomine pignus emi curat,  
An valida sit emptio? Neg. Inpp. in l. 10. C. de distri.  
pign. quoniam iniqvum foret Contractum hunc ima-  
ginarium Juris habere vinculum. l. 54. de O. & A. d. l. 10.

in

*in fin.* De hoc fraudis genere passim occurunt plura.  
*wid. l. 91. ff. de acq. hered. Struv. Synt. f. F. Cap. 12. Th.*  
*8. in exeg.*

### CAP. II.

#### De fraude Legis, quæ fit de Contractu ad Contractum.

##### Thes. I.

**D**E Contractu ad Contractum legi fraus fit, dum alius celebratur Contractus, alius fingitur, initio sese offert calus in SC. Mac, cuius jam supra facta mentio , si scenerator non sub titulō fidejussionis, sed alii Contractus filiosam, in legis fraudem mutuari desiderat. V.C. fingunt emptionem intervenisse, vel intervenit quidem, ita tamen, ut filius fam. pretium loco mutui sibi habeat emptionem non subsistere vult post l.3. §.3. de SC. Mac. Barb. l. 2. C. h. t. n. 92, & Struv. Exerc. 20. tb. 53. quod ad omnes contractus, qui in fraudem SC. excogitantur, extendunt. Wissenb. d. 28. tb. 27, Lauterb. h. t. §. 1. th. 5. Struv. d. t. 53. quando Mercatores pretiosas nimis merces Credentes, Cervisiarii cerevisiam, Cupcdiarrii cupedias &c. quid enim interest credere pecuniam, quā aliquis instrumentum luxuriæ comparare possit , & ipsa suppeditare remedia, vel instrumenta ; Lauterb. d. l. L. 7. §. 3. Ad SC. Mac. non multum ab alleg. l.3. divertit, quæ si aliæ res fungibles filiosam. dentur , quibus distractis paratos habeat nummos , itidem SC. non vult cessare , Molin. tr. de justit. & jur. disp. 301. Zang. de except. p. 3. c. 12. n. 14.

B

Th. 2,

## Thes. 2.

Succedit alia facti species: Titius æris egens à Sempronio sibi petit dari mutuum, hic consentit hâc tamen additâ conditione, ut sibi Castrî cūjusdam fructus, seu possessori liceat lucrari: Cūm autem Canones pactum hoc non admittant, in fraudem eorum simulatur venditio Castri, quæ valida erit, donec mutuo data pecunia Sempronio redderetur, hocce pâtum nihilominus est rejiciendum. Casus quem exhibet Cap. illo Vos de pign. fere ejusdem est farinæ, quod, si fœnerator emptionem contrahere præsumit, ut lapsô tempore rem emptam Venditori restituat, recipiendo aliquid ultra fortem & fructibus in eâ computatis, pactum judicat fœneratitium & iniquum: affine quoque est exemplum in C. ad nostram §. 5. de Empt. E. G. Si venditio contrahatur hoc adjecto patto, ut post tempus res vendita reddatur, ita tamen, ut vendor rem recuperans modicum accipiat pretium.

## Thes. 3.

Anastasia lex vult, non aliter valere cessionem actionum, quam interveniente justo & æquivalente pretio & reverâ numerato, ita ut hæc numeratio aliter quam Confessione cedentis probari debeat per l. pen. h.t. Cūm enim actus aliquis suspectus est, Confessio non sufficit Contrahentis, vid. Carpz. lib. 5. Repb. 33. n. 9. Ant. Tab. lib. 4. C. tit. 26. def. 20. n. 2. & 3. Berl. p. 1. Decisi. 32. n. 12. si jam in Instrumento cessionis mentio sit facta, venditionem intervenisse, cūm tamen non interverit, vel æquivalens pretium exsolutum quidem, sed dicis

dicis causa, ideoque ex post facto Cessionario redditum; aut denique si in Instrumento dicatur pro parte venditum, ac pro parte donatum nomen, Cessio ipsò jure nulla est per l. 22. C. mand. Berl. dec. 32. n. 3.  
Carpz. Refl. 33. n. 5.

## CAP. III.

De fraude Legis, quæ fit de Tempore  
ad Tempus.

Thes. I.

**F**Raus hæcce fit, cum gestis in præteritō tempore fraudulenter ratione habitā ad futurum re-nuntiamus, vel si legem mox promulgandam præveniendo, tempore eludamus, res parebit, in l. 7. ff. de Jurisd. Responsum reperimus Prætoris de albō corruptō : *Si quis id, quod Jurisdictionis perpetua causā, non quod prout res incidit in albo, vel in charta, vel in aliā materia propositum erit, dolo malo corrupuerit, in eum popolare judicium quingentorum aureorum dabo,* hactenus verba Edicti : *Quid ergo dicendum, cum quis non propositum album, sed vel dum proponetur, vel dum fore præsciret proponi, corrupuerit, putarem verba Edicti hic cessare, verū mens non cessat.* Cum hic eadem sit ratio, sic erit idem Jus; & quia publica ratio hic autoritatem prætoriam voluit integrum, ne scilicet quid in Jurisdictionis ejus fieret contemptum, ideo favente Ulpiano Pomponius rectè asserit, eādem poenā Edicti teneri eum, qui corrupit affigendum, nec ὅτι μὴ ισημερίνη πυρὸς si fraudem le-

gis committere velim Consiliarium ferendæ legis, pridiè ejus quam ferenda sit lex tempore annonæ ob utilitatem Reipubl., ne frumentum exteris vendatur, omne suum frumentum eis porrigendo, *vid. Dn. Zaf.* in l. 30. ff. de LL. Idem dicendum est, si dum sciat fore, ut publicaretur Edictum, ne carius vendatur, non & dieque properat, quo minus impediatur frumentum pluris, vendere; quod & utiliter possit applicari ad eos, dum prænoverunt Monetæ devaluationem ut vocant, quôvis modo in homines erogare monetam devalvandam laborant, ut cum Edictum palam fit, jam omni periculo sint exempti.

## Thes. 2.

Si finis Contractus minoris in tempus Majorenitatis incidat, non restituitur minor, cum vero fraudulentus negotiator contrahit cum minore eō tempore, quô sperabat, minoris ætatem cessare Privilegium propter ætatem legitimam, certe in fraudem legis, contrahens hoc fecit, ac proinde minor restituitur. *l. 3. §. 2. de minor. que ead. l. 3.* mentionem facit de aliò exemplo.

## Thes. 3.

In servit continuando *l. 4. C. solut. matr.* quæ dote disponit, ut potè quæ à Patre proficiscitur, ad eundem revertitur, modo, quod notandum, filia dum diem obiret supremū, adhuc marito sit juncta; jam vero maritus filiæ emancipatae suæ uxori ægræ mittit repudium, ut potius heredibus solveret dotem, quam Patri, dicitur in *l. 59. ff. d. t.* Patri nihilominus actionem competere, cum leges non patiantur insui fraudem quid machi-

*machinari; de fraude divort. trattat. & l.s. ff. de di-*  
*vort.*

Thef. 4.

*Qui in publico Officio sunt Constituti, & ad ra-*  
*tiones reddendas obstricti, non possunt ad Clericatum*  
*adspirare, quod fieri solet, ut legibus prioribus impu-*  
*nè possint eximi, sed retrahendi sunt ad priorem con-*  
*ditionem, L. official. 4. C. de Episc. & Cler. & hinc DD.*  
*concludunt; Si quis Laicus delinquit, & postea ut se*  
*pœnæ subtrahat, Clericus fit in fraudem, quod tunc à*  
*Laico Judice possit puniri, Farin. in pr. Crim. q. 8. n. 104.*  
*Eadem ratio est: Si quis non miles militarem frau-*  
*de amplectetur vitam, vel Studiosus nondum imma-*  
*triculatus, jam negotiis irretitus petit in tutelam Re-*  
*ctoris se recepi.*

CAP. IV.

De fraude Legis, quæ fit de modo ad  
modum.

Thef. I.

**D**E modo ad modum legi facere fraudem idem  
 est, ac si diceres sub colore alicujus prætextus,  
 ut est *in l. 2. de moff. tef.* vel sub titulo prætenso le-  
 gis intervertere sententiam; *l. 21. de Capt.* primum hic  
 occupat locum casus de donat. int. Vir. & Ux. Si Con-  
 jux Conjugi non quidem per personam intermediam,  
 cujus suprà meminimus, sed aliò modo rem donatam  
 velit; V. C. si inter eos intercedat venditio, quod ta-  
 men intelligendum est de venditione fictâ (*ne sc. obſt.*

*I. 7. §. 6. & 7. I. 36. §. fin. l. 58. pr. de donat.*) quæ sit minoris, justo & adæquatō pretio animo donandi, vel etiam quæ intervenisse fingitur, cum reverā non intervenit, *vid. l. 22 ff. de aq. & aq. pluv.* hoc jure reprobatum, quod & extendendum est ad locationem, si hæc in legis fraudem viliori sit initia mercede, *l. 52. d. t.* licet depositum inter dictas causas minoris æstimari possit per alleg. l. cuius diversitatis ratio petatur ex *l. 22. Com. divid.* quod uenit locatio sine certâ mercede contrahi nequeat, depositum vero citra æstimationem quoque dari possit.

## Thes. 2.

Mulier pro alio fidejubens SConf. adjuvatur; Si vero maritus ab alio nomine curat apponi uxoris, quasi ipsa contraxisse videatur; quid sentierendum? puto nihilominus eidem succurrendum; *l. 17. C. ad SC. Vell.* nam plus est quod agitur, quam quod simulatè concipitur secund. *l. 1. b. & l. 4. C. cod. l. 21. C. de transact.* *l. 3. de empt. Butrin. Comin. ad C. fol. 30.* Concurrit fere *l. 8. §. 14 ff. ad SC. Vell.*

## Thes. 3.

Libertam Patronus compellere non valet sub amissione juris Patronatus ut juret, se non velle nubere, licet tamen adigere ut juret, nemini præter se nupturam fore, nisi ideo adegerit, ut alii nubendi libertæ præcipiatur facultas, nam hoc casu perinde Patronus tenetur, acsi coegeret jurare, ne ulli nubat, *l. 6 ff. de Jur. Patr. & juramentum hoc merito remittitur,* ut potest contra bonos mores; *§. ult. d. l. Covar. ad C. quanvis de pact.* *l. 6. p. 1. §. 3. n. 22. & seq.*

## Th. 4.

## Thes. 4.

Ad exhibendum agit is, cuius interest rem exhiberi; *text. in l. 3. §. 9 ff. ad exhib.* quod cape, si justam ac probabilem causam habeat exhiberi desiderans, *l. 3. §. 11. d. t.* Itaque si verbis legis innitens rationes adversarii sibi exhiberi petit, vel libros ad legendum, nihil agit, cum jus nostrum non debeat calumniari, sic nemo cogitur possessionis suae titulum edere, licet petens interesse deducere velit, *per l. 11. C. de hered. petit.* ubi tamen eriam exceptio; Item si decem tibi debuero, & habeam de eis Instrumentum, non cogor tibi suppeditare arma; *Vivian. & Accurſ. Com. in il.*

## Thes. 5.

*L. 26. C. in fin. de Usur.* annihilat omnem modum, quō Creditores prohibiti majores stipulari usuras, eas querere præsumunt, V-C. Si Creditor initio cum daret sorteū, quid detrahatur, & tempore restitutio[n]is eam vult salvār, vel si p[er]petrāra supra modum legitimarum usurarum stipulerat, *l. 44. ff. cod.* nam hoc non licet, *l. 15. C. de usur.* & *l. Julianus 13. §. ibidem ff. de act. empt.* *Carpz. in Asyl. dubitatorum Cap. 2. n. 383.* *Dn. Frantzk. p. 2. Resol. 10. n. 9.* Hodiē DD. quia Jur. Canon. usurāe planē non debentur, nisi verō probato interesse, inferunt, pœnam in mutuo quantitat[i] appositam, int fraudenti usurarum additam præsumi; *Afflud. Dec. 135.* *n. 2. Msc. de probat. 172. n. 16. Tiffaur. Dec. 98. n. 4. Caſtrenſis in tit. de Usur. n. 3.* sive solitus sit Creditor fecerari, sive non; *Msc. d. l. n. 21. Barb. in l. 2, princ. p. n. 21. ff. solut. matr.*

Tsi. 6.

## Thes. 6.

Si qui sub conditione instituti heredes, si cavisent, se legata eō testamento relicta reddituros: Quæritur, an conditio heredi remittatur? & dicitur quod sic, l. 7. dc Cond. Inst. quia hæc conditio ad defraudandam legem est accommodata, quæ fortassis vetaret, quosdam legata capere vel acquirere, siquidcm testator per fraudem sub conditione id non relinqueret potest, quod per directum LL. nolunt. arg. l. 3. de Cond. & Demonst.

## Thes. 7.

Nullus Mercator, sive Romanus natione, sive Persa ultra *Misbin. Callicinium* & *Artaxatan* Commercium extendet: excipiuntur soli hi, qui Legatorum Persarum quocunque tempore mittendorum iter Comitati merces secum duxerint, quibus intuitu legationis etiam ultra supra memorata loca copia mercandi conceditur, nisi per fraudem sub specie legationis nimis diu permaneant, nec Legatum jam reverenter comitentur, nam si hæc præsumperit, nihil minus pœnam in l. 4. C. de Commerce. Statutam incurront,

## Thes. 8.

Colophonem Capiti imponet *text. J. Feud. 2. tit. 3.* ubi dicitur: *Quod Vasallus subinfeudare possit, modo non fiat in fraudem legis novæ;* vid. d. 2. Feud. 15. §. calldis & 9. pr. vers. quod & *Zafus de feud. part. 9. n. 15. vers. 2. Schrad. p. 3. v. 2. n. 5.* Plura exempla vide sis in l. 5. C. de Inst. & substit. l. 16. ff. de Jur. Patr. qui text. pro lubitu evolvi possunt.

CAP. V.

## C A P . V .

De fraude Legis, quæ fit de Nomine ad  
Nomen.

Thef. 1.

**A**dessoris pariter & Advocati i[m]unere nemo fungi potest, ut nec duobus Magistratibus p[re]stare operam, si quis id fecerit, ab ordine Advocatorum est rejiciendus, & decem librarum auri p[re]nā insuper multandus, nullus enim duobus simul officiis p[re]esse potest. *C. 1. dij. 89. W[es]enb. in π. ad tit. de decur. n. 3.* & juxta illud Salvatoris, Matth. 6. Nemo inservit duobus &c. hinc erat, ut Adsefforum quidam, dum chartis signa sua imponebant, fraudem legi facerent, & signum aliquod novum chartis inscriberent judicialibus, ne interfusse aetibus viderentur, vel aliis scrupulosis, vel ex cogitatis artibus legem eludere stuperent, quod improbat *I. 14. C. de adseff. & Brunnem. ibidem.*

Thef. 2.

Fraus haec variè potest extendi, v. g. Civitas cogitur habere Nobiles in summum Magistratum, at non exstante Nobili fingunt nomen Vicarii Magistratus, ut legi faciant fraudem; Sic Nobiles ut aliquo praetextu possint ex Monasteriis habere pensiones, nomen sibi fingere solent Advocati, & ut *Zafins refert in I. 30. de LL. Cardinales*, quo Monasteriorum bona devorare possint, fingunt sibi nomen Commendatoris: Id dicit loc. Cum quis non potest creari potestas, fingunt nomen Defensoris.

C

Th. 3.

## Thef. 3.

De Nōmine ad Nōmen fraudem commiserunt Pisani, dum testante *Albericō* sub nomine fictō Legatorum legionem Militum mitterent in territorium Florentinorum, cūm hi pācta invenerint cūm Pisani ne mitterentur ulli exceptis Legatis.

## CAP. VI. &amp; ULT.

## De fraude Legis, quæ fit de facto in factum.

## Thef. 1.

**O**stium hunc Capiti aperit id, quod LL. Civiles statuerunt in amorem castitatis, quæ volunt impuro Lenoni adimi dominium, adeo ut conditione ne prostituatur venditioni adjectâ tali non servatâ, vendor ancillam propriâ authoritate posse abducere, parum autem refert, an ea, quæ prohibetur prostituui sub specie ministrandi, vel famulandi in Cauponis defraudandæ legis gratia prostituatur. *l.3 C. si Manc. Ita ven.* adstipulatur ei *l.4. §. 2. de his, qui not. infam.* si mancipium sub titulo Custodiæ veſtimentorum in balneis Virginitatis naufragium pericitatur.

## Thef. 2.

Si de alimentis lis in judicio fuerit, annon tunc transigi possit sine decreto Prætoris, vel Judicis dubitatur? videtur hoc affirmativè posse defendi, quia non

non tam de alimentis, quam de lite, vel de Controver-  
siâ motâ transactum est quâvis verò lite favorabilior  
transactio. Sed negatur *l. 8. §. 20. de transact. quia ad*  
circumveniendam legem, lis, si placeret, possèt fingi,  
ut color transactioni quereretur, nam ubi lis fingitur,  
ibi calumniosa transactio, *l. 9. ff. de Condit. Indeb.*  
& quod prohibetur unâ viâ simulac prohibetur alterâ,  
*l. 21. §. 1. de tut. dat. Gail. lib. 1. Obs. 135. n. 2. & Barbos.*  
*lib. 14. cap. 93. ax. 16.* prohibitum in termino, prohibi-  
tur quoque in viâ *Jason. in l. 2. ff. de flum.*

### EPILOGUS.

Hæcce sunt B. L. quæ tecum de Legis fraude  
communicare volui, in puppi adhuc monens, nem-  
inem posse naturam, sic retinere, ut nil peccet, hoc  
enim est proprium solum DEI; *Novell 133. cap. 5.* & in  
nullo penitus errare magis Divinitatis, quam humani-  
tatis præ se ferre, *l. 2. §. 14. C. de vet. jur. enac.* In-  
terim Trino Numinis grates non quas volumus  
aut debemus, sed possumus persol-  
ventes.

### MONITI CERTIORA SEQVEMUR.



**N**i grum nomen habes, sed mens est *candida* mores,  
Et pectus tibi sunt *candidiora* nive.  
Absq; suo *nigrum* fert SCHWARZIUS omne  
nomen,  
Hinc *albo* dignum grammate nomen habet.

## PRÆSES.

Juris qui varias coluisti sedulus artes,  
O Amor, & docti splendor, AMICE chorū,  
Multiplici optatos offers nunc foenore fructus,  
Quos tanto exultans Patria flore legit.  
Nostra Tuos pariter laudat Hierana labores,  
Et celebrat doctae nunc monumenta manus.  
Ipsa Themis, parili dispensans omnia laure,  
Præmia solerti digna labore dedit.  
Ex animo tantos Juris Tibi gratos honores,  
Te precor & multa prosperitate beent.

*In signum uberrimi affectus*

Joan. Herm. à Sode, J<sup>ctus</sup>, Consiliar.  
Electoral, Moguntin. ac Facult. Jurid. ut &  
Univers. Hieran. Senior.

58

Will die siele Müh' doch endlich sich ergezen/  
Der allzu grosse Fleiß sucht selbsten seinen Lohn/  
Ja auch die ganze Welt pflegt diesen hoch zu schätzen/  
Der von der Themis wird gebracht zum Musen-  
Thron:  
Doch wird die Ehren-Krohn sonst keinen begeleget/  
Als wer die Tapferkeit in einer Schlacht beweist/  
So weiß man daß kein Mensch die Doctor-Würde träget/  
Als dessen finger Sinn sich aus den Staube reift.  
Nun läßt / Hochwerther / sich Sein muntrer Geist  
vergnügen/  
Auf aufgestand'ne Müh' erfolgt die sanfste Ruh /  
Den Gipfel hat Er nun der Rechte überstiegen  
Drum fällt Ihm nach Verdienst die Doctor-Wür-  
de zu.  
Ich wünsch' Ihm Glück darzu / GOTT stärke seine  
Sinnen/  
Daz Er Bedrückten stets mit Nügen dienen kan/  
Es mag der Seegen-Thau auf Seinen Scheitel rinnen/  
Daz jederman Ihn hält vor einen Ehren-Mann.

R. H. Z. D.

Sacra Themis meritò Tibi contulit inde Brabëa:  
His comtus redeas Integer ad Patriam!

*Quod Nobiliss. atq; Clarissimo Dn. Doctorando,  
Fautori & Conterraneo suo honoratiss.  
ano gratulabundus precatur*

Joh. Karthaus, SS. Theologiae Studiosus.



I.

M rauhen Donnerknall / so jest Europa troffen/  
In solchem Krieges-Feur / so wieder all Verhessen  
Bellona angelegt / ist nicht das Recht gefället/  
Noch sonst dem blinden Glück der Kriegs-Schlacht heim-  
gestellet /

Als wessen Herr Schwarze nicht menschlich geführet/  
Betrüge erzehlet / und tapfer ausführ'et.

2.

Glück zu dem frohen Tag / den Phæbus auserkoren/  
Doch dieses kränket mich / daß Flora nicht gebohren/  
Jesimines Blumenwerk / und weil dies nicht gelungen/  
Hat meine Pieris H M diesen Wunsch gesungen:  
Er lebe und schwebe in lachendem Glücke/  
Er reibe und treibe die traurigen Blicke.

Joh. Henr. Linnigmann/ von Aplerbeck  
aus dem Märtschen/ SS. Theologiae St.

Son;

## Sonnett.

Wie! trägt die Pindus-Höh / da schier des Winters  
Grauen/  
Der Chloris Söhn entkleidt/noch solcher Früchte Pracht  
Ja den Aurora oft am Saalstrohm angelacht/  
Lässt uns die Gehr-Athen aus Gunst Apollens schauen/  
Mit tapf'rer Muthigkeit auf Themis heil gen Auren  
Als Magellan die Bahn nach mehrern Welten macht/  
Dies war des Himmels Schluss / als Altna Dich  
gebracht/

Das Du dem Vaterland möchst Ruhmes-Säulen  
bauen.

Drum gratulire ich zu dieser Herrlichkeit/  
Der dreymahl grosse GOTTE woll' deinen Zweck re-  
gieren /

Und meinem Wunsche nach die Schreibeseder führen/  
Dass Sie Gerechtigkeit zu födern sey bereit/  
Auch dieser Winter D[omi]N[us] mit solchem Actu haben/  
Allwo Cupido will die Hand' im Spiele haben.

Theod. Henr. Sachsensche/ Lunâ-  
Marcanus, J. U. C.

Glock zu mein trauter Freund / Glück zu zu die-  
sen Streichen/  
Glück auf dem Tummel-Platz: Da Ihr Euch woll be-  
reiten/


Zu

Zu einem scharffen Kampff/ zu einem tapferen Streit/  
Den Euch der Feind gemacht zu dieser Krieges-Zeit.  
Der Höchste Kraft verleih/Herr Schwarß! Er tap-  
fer streite/  
Auff das Minerva Ihm/ den Kranz zum Lohn beteile.  
Ich wiunsche nochmahls Glück/ sein Nahm unendlich  
blüh/  
Und sein gelehrtes Hauß bis zu den Sternen zieh.

Henrich Diederich Middendorff/  
SS. Theol. Stud. Camenâ Guestphalus.







00 A 6291



v378


v37

Rb. J





DI



37

DISPUTATIO INAUGURALIS  
De  
**HIS QVÆ IN  
FRAUDEM LEGIS  
FIUNT,**

*Quam*

Divinâ Favente Clementia

Ex Decreto

*Illustris Jurisconsultorum Ordinis*

SUB PRÆSIDIO

*Alma Universitatis Geranæ Magnifici Rectoris  
& inclytæ Facultatis Juridicæ  
DECANI,*

**DN. JOANNIS PHI-  
LIPPI STREIT,**

Jcti. Eminentissimi Principis Electoris Moguntini  
Confiliarii Regiminis, &c.

*Summos in utroq; Jure Honores consequendi  
publicæ Eruditorum censuræ submitteret*

**JOH. THEOD. SCHWARZ /**

*Altenâ-Marcanus.*

*d. 14. Octobris horis locoq; solitis A. O. R. M. DCC. II.*

**ERFFURTI, Literis Kindlebianis.**